

accedente assensu et annuentia Rmi Ep. S. R. C. enodanda proposuit sententia Dubia, nimirum:

Dubia circa Missas de communi variandas.

Gavantis de Rubricis Missarum Commun. Sanctorum num. 2. dicit: „Est liberum cuiusque recitare Missam quam maluerit ex eodem Communi, ubi sunt plures Missae et multo magis Epistolam et Evangelium ex ibidem assignatis, ut habetur in Rubricis ante Commune unius Mart. non Pont. et ante Missam de pluribus Mart. temp. Pasch.“

Dubium I. Dubitatur 1: An haec facultas locum habeat in Festis Sanctorum in Calendario Rom. descriptorum, pro quibus in proprio Missali assignatur aliqua Missa de Communi: an scilicet Sacerdos quilibet in tali Festo celebrans possit vel etiam Missam de eodem Communi legere vel saltem Epistolam et Evangelium sumere ex alia Missa? v. g. in Festo S. Mart. Eustachii et Soc. Celebrans possitne loco Missae *Sapientiam*, quae pro praedicto Festo in Missali die XX. Sept. assignatur, legere Missam *Intret in conspectu* de eodem Communi, vel saltem legere Missam assignatam *Sapientiam* sed cum Evangelio Missae *Intret*?

Dubium II. Dubitatur 2: Quatenus affirmative, poterit etiam, immo nonne debet idem Sacerdos loco Homiliae pro tali Festo in proprio Breviario assignatae, legere aliam de eodem Communi Homiliam correspondentem Evangelio, quod lecturus est in Missa?

S. C. . . . rescribendum censuit: „juxta votum Magistri Caeremoniarum“ nimirum:

Ad 1. et 2., „Negative.“

Atque ita rescripsit ac servari mandavit. n. 4930. Die 11. Sept. 1841.

24) Concordans cum Officio.

Vd.: *Missa in aliena Eccles. etc.*; *Credo* (decr. n. 3754, 5195); *Missale*; *Color Parament.*; *Officium* (ad quod obligat., decr. n. 5145); *Instr. Clem.* (§. XVII. n. 18).

Missa et praecipue conventualis, quoad fieri potest, concordare debet cum Officio et licet rubricae aliquando admittant votivas pro conventuali, ut Tit. de miss. vot. n. 3 in missali rom., non tamen admitti debent Anniversaria ex obligatione, sed Canonici eo die tenentur ad duas missas, conventualem scilicet ex cap.: *Creatura*, de celebrat. miss., et Anniversarium ex obligatione stipendii. n. 2345 ad 5 die 31. (Julii?) 1665.

S. C. praecepit: Ut in festo de Sanctis dupl., etiam non de praeepto servandis, de quibus in Ecclesia Metrop. Montis Regalis recitatur Officium, in posterum tam Monachi et Presbyteri saeculares adscripti servitio dictae Ecclesiae quam alii Sacerdotes ad illam confluentes debeant celebrare missam de Sancto currenti, de quo in dicta Ecclesia fit Officium dupl., quatenus velint celebrare, et non alio modo, cum missali romano et juxta illius rubricas quoad sacerdotes, qui non debent neque tenentur uti missali monastico. Et ita servari mandavit quacunque consuetudine in contrarium non obstante, quam abusum esse. n. 3023 die 22. Maii 1683.

Ad dubium. Patres Congreg. ss. Redemptoris frequenter, praecipue diebus Dom., excurrunt ad Parochias in vicinia positas ad succurrendum Parochis tum in concionando aut Confessiones excipiendo, aut in Missa plerumque cantata celebranda. Praeterea extat Leobii in Styria Hospitium, in quo semper tres vel quatuor nostri Sacerdotes in cura Animarum occupantur, ast non habentes Ecclesiam propriam quotidie in Parochiali cele-

brant. Quaeritur: num juxta plura Decreta et declarationes S. R. C. se conformare teneantur in Missa? Causa dubii est, quia si praedicta conformatio locum haberet, nostri Patres imprimis posteriores in Hospitio morantes frequentissime et praecipue diebus Dom. deberent dicere Missas non concordantes cum Officiis nostris et devotissimis, ut sunt Festa D. N. J. Chr. et B. M. V. assignata ad Dominicas, festa, inquam, de quibus in Germania nec somniant?

Et S. eadem C. . . . rescribendum censuit:

„In casu servanda esse Decreta.“

Atque ita rescripsit ac servari mandavit a Patribus Cong. SSmi Redemptoris extra Italiam et in Dominiis Austriacae Domus degentibus. N. 4842 ad 7. Die 1. Sept. 1838.

Ad dubium: Quae missa celebranda sit a Sacrum facientibus in aliena Ecclesia vel Oratorio privato? S. C. resp.: „Missam concordare debere cum Officio, quod quisque recitavit, dummodo cum colore Ecclesiae, in qua celebrat, aptetur. In Oratorio autem privato semper concordare debet. n. 4669 ad 31. die 12. Novb. 1831.“

Ad dubium: Quum S. R. C. sub die 16. Apr. de anno 1834 sapientissime decreverit, quod Sacerdos in Eccl., ubi color albus adhibetur, celebrare nequeat Missam de S. Martyre, cujus persolvit Officium, quaeritur: quomodo se gerere debeant Sacerdotes Societatis Mariae, qui extra propriam celebrant Eccl., ac praesertim Sacrum immolant in Eccl. vulgo a Fowriux, in qua pene semper color albus occurrit, dum ipsi de S. Martyre recitant? Poteritne hoc in casu quilibet Societatis Sacerdos celebrare Missam votivam, ut se conformet colori albo in Eccl. ipsa adhibito? S. R. C. . . . rescribendum censuit:

„In casu tantum, quo ritus Ecclesiae id permittat.“

Atque ita rescribere rata est et declarare. N. 5116. ad 3.

Die 11. Sept. 1847.

Ad dubium: Licetne in Oratoriis privatis celebrare Missas de Beatis, de quibus a Celebrante recitatur Officium?

„Detur Decretum in una Marsorum diei 12. Nov. 1831, ubi praescribitur Celebrantem in Oratorio privato debere ita se gerere, ut Missa cum Officio concordet.“

Atque ita declarandum et rescribendum censuit. N. 5183 ad XIV. Die 16. Aprilis 1853.

25) Conventualis.

a) Applicatio.

Vd.: *Missa conv. de Requ.* (applicatio); *Missa conv.* (Celebr. in Cath. decr. 19. Aug. 1744); *Missa* (applicatio a Paroch. non Can. — Decret. Bened. XIV. n. IX. XVII. etc.)

Patriarchales, Metropolitanæ, Cathedralæ et Collegiatae Ecclesiae tenentur quotidie celebrare et applicare missam conv. pro benefactoribus suis in genere, non obstante quavis licet immemorabili consuetudine in contrarium. Bened. XIV. Const.: *Cum semper etc.* 19. Aug. 1744.

Rubricarum mandatis super duabus et quandoque tribus missis conv. Cathed. et Colleg. Ecclesiae districte parere tenentur, easque omnes, ubi id consuetudo obtinuit, applicare pro benefactoribus, et consuetudine minime stante applicatio primæ erit Benefactorum Suffragio reservata, reliquarum libera, dummodo eorundem Benefactorum non obliviscantur in Commem. Def. Omnium. *Ibidem.*

Per missam cantatam in suffragium alicujus Benefactoris vel Benefactorum in genere, quae foret imposita, non satis fit oneri missae conv. *Ibidem.*

Si Canonicus Parochus, aut onere missarum alias gravatus, missam conv. celebret, hanc applicare tenetur pro Benefactoribus in genere et per alium supplere missas, quibus particulariter manet adstrictus. *Ibidem*.

Ad dubium: An et a quibus missa conv. sit applicanda pro benefactoribus?

S. C. C. resp.: Affirmative et ab omnibus celebrantibus.

Die 21. Apr. 1708 ad VII.

Ad dubium: 1. An Canonici Ecclesiae Cath. et Paroch. Bolneorgii teneantur applicare quotidie missam conv. pro fundat. et benefactoribus?

2. An singuli Canonici teneantur a die adepti Canonicatus satisfacere missas conv. usque adhuc non applicatas?

3. An Canonici teneantur celebrare et applicare tam missas de anniversario quam conventuales?

S. C. C. resp. ad 1., 2 et 3: Affirmative.

Die 8. Jul. et 19. Aug. 1713.

Ad dubium: An onus applicandi missam conv. pro fund. et benefactoribus spectet ad omnes Canonicos Colleg. Otriculi tam antiquae quam modernae erectionis per turnum vel solum ad Canonicos primae erectionis?

S. C. C. resp.: Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam.

Die 14. Apr. 1714.

Ad dubium: 1. An sit Onus Capituli Cath. Burgi quotidiana applicatio missae conv?

2. An Dignitates in solemnioribus festivitatibus, Canonici in diebus festis et Vicarius perpetuus in feriis teneantur applicare missam conv. pro benefactoribus?

S. C. C. resp. ad utrumque: Affirmative.

Die 2. et 16. Maii 1716.

b) Assistentia.

Canonici Bertinor. tenentur canere dupl. missam in diebus Quadrages., Adv., Quatuor temp. et Rogationum, ubi in ipsis aliquod festum dupl. incidit et ad utramque missam assistere. n. 2963 die 20. Sept. 1681; n. 2990 die 22. Aug. 1682.

Ad dubium: an quando rubricae mandant, ut dicantur duo missae conventuales, de Officio post Tertiam et de feria post Nonam, Regulares, qui ad missam de fer. nontenentur, possint eandem celebrare privatim et sine assistentia Choristarum, seu necesse sit, ut Communitas religiosa assistat, ut missa conv. dici possit?

S. C. resp.: Laudandos interessentes sed non cogendos. n. 4393 ad 15 die 27. Mart. 1779.

c) Cantus.

Vd.: *Missa convent.* (tempus; decr. n. 4542, 4669, 4857; assistentia, decr. n. 4393); *Nativit. Dom.* (Missa, decr. n. 4603); *Missa* (abbreviatio).

Ad dubium: 1. an attentis circumstantiis toleranda sit asserta consuetudo (Cathedr. Conimbricen.) *cantandi* unicam missam aliamque legendi iis diebus, quibus a rubrica duae praeciipiuntur missae?

2. an in missa convent. *cantandi* semper debeant *Gloria, Credo, totum Graduale, Offertorium, Praef. et Pater noster*? S. C. resp. ad 1: Negative, reservato jure probandi antiquam consuetudinem et amplius; 2: Affirmative juxta Caer. Ep. et amplius. n. 4233 die 14. Apr. 1753.

Ad dubium: an in Cathedr. Wilnen. propter insufficientiam temporis ratione multarum votivarum cantandarum ex fundatione possit una ex duabus missis convent. substitui lecta pro cantata? S. C. resp.: Non posse ommitti

alteram ex his duabus missis cantandis. n. 4237 ad 10 die 22. Decb. 1753.

Ad dubium: An per Indultum (quo singulis Sabbat. per annum exceptis privilegiatis ac festis dupl. I. et II. cl. impeditis, celebrari possit missa vot. de Concept. B. V. M. non ommissa tamen missa conventuali cum cantu de festo et feria occurrente) inducta fuerit obligatio missam conv. canendi etiam in iis Ecclesiis, ubi obligatio non adest? S. C. resp.: Gratiam concessam nullam inducere obligationem canendi missam conv., ubi ea obligatio non sit nec esse debeat juxta Constit. apost. Die 19. Junii 1773 *Ord. M. S. Franc. de Observ.*

Quum in Ordinariis S. R. C. Comitibus ad Vaticanum infra scripta die coadunatis a R. S. D. Secretario propositae fuerint etiam preces Capituli Colleg. Ecclesiae Monsampietrangeli Archidioecesis Firmanae hisce conceptae terminis:

Beatissimo Padre.

Il Capitolo della Collegiata della Terra di Monsampietrangeli Diocesi di Fermo composto di dieci Canonici, cinque de' quali hanno il peso della cura delle anime, e di due Prebendati Chierici, uni mente espone, che dovendosi al presente dal predetto Capitolo, e Canonici nelle Vigilie, e nella Quaresima cantare due Messe Conventuali a forma della Rubrica, una cioè del Santo corrente, e l'altra delle Ferie, gli manca il tempo necessario per ascoltare le Confessioni, istruire la Gioventù nella Dottrina Cristiana, e compire gli altri officii Parochiali, per cui supplicano la Santità Vostra onde si degni concedergli la grazia di poter celebrare senza canto, e meramente letta in altro Altare la Messa della Ferie, o Vigilia, nell'atto che si canta

nel Coro Collegialmente la Messa del Santo. Che ec.

S. eadem C. rescribendum censuit:

„Missa de Ferie seu Vigiliae, Choro praesente, celebrari permittitur sine cantu ad Decennium.“ n. 4880. Die 11. Apr. 1840.

Ad preces Capituli Cath. Derth.: Ut quando plures decantandae sunt Missae, una tantum celebrari valeat cum cantu, reliquis lectis, attamen praesente Choro,

Emus. et Rmus. D. Card. Carolus Maria Pedicini Ep. Portuen. ... rescribi mandavit:

„Pro gratia.“

Atque ita rescripsit servarique mandavit. n. 4924 ad 2 die 22. Maji 1841.

Ad dubium: An in Cathedr. Tusculana diebus feriatis sit celebranda missa conv. cum cantu vel sine?

S. C. C. resp.: Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam.

Die 21. Apr. 1708.

d) Celebrans in Cathedr.

Vd.: *Coadjutor; Faldistor. Dignit.* (decr. n. 3976.)

Ad dubium Capituli Metrop. Neapolis: an Dominicis aliisque diebus anni, quibus juxta assignationem jam factam hebdomadarii tenentur celebrare missam conv., si eisdem diebus Archiepiscopus Divinis interesse contigerit, spectet (non obstante Archiepiscopi praesentia), ad ipsos Hebdomadarios vel ad Canonicos? S. C. resp.: Spectare ad Hebdomadarios in casu, de quo agitur. n. 3000 die 26. Sept. 1682.

Posse Canonicos diebus ferialibus substituere Mansionarios de gremio in cantu missae conventualis. n. 5004 ad 6 die 7. Decb. 1844.

Missa conv. est *ex jure* celebranda

a solis Canonicis. n. 5019 ad 1 die 14. Junii 1845.

Ubi a Beneficiatis vel Mansionariis celebratur missa conv., iisdem suppeditatur eleemosyna ex distributionum massa, quae si intenta earum tenuitate adeo minuuntur, ut negligantur, recursus haberi potest ad Congregat. Concilii, quae ad solos dies festos praedictae missae applicationem restringere poterit. *Bened. XIV. Const.: Cum Semper etc.* 19. Aug. 1744.

Mansionarii tenentur in diebus fer. celebrare seu canere missam conventualem. n. 4458 ad 1 (2do loco) die 18. Febr. 1794.

Ad dubium: an Dignitates et Canonici Colleg. Alonae in diebus minus colendis compelli possint canere missas per se ipsos an vero ad id supplere possint per hebdomadarios seu Beneficiatos? S. C. C. resp.: Negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam. n. 4189 ad 2 die 4. Mart. 1747.

Missae conventuales cum assistentia Cap. Cathedr. et totius Cleri occasione processionum Rogat. in Ecclesiis paroch. civitatis (S. Severi) celebrari debent a Dignitate seu Canonico hebdomadario Capituli cathedr. n. 4262 ad 2 die (13. Mart.) 18. Decb. 1756.

Vd.: *Lytaniae maj.* — Officiator.

Ad dubium: An in Ecclesia Cath. Tusculana Archipresbyter teneatur celebrare missam conv. juxta turnum vel potius sit exemptus?

S. C. C. resp.: Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam et amplius.

Die 21. Apr. 1708 et 13. Apr. 1709.

Ad dubium: An in Cathedr. Tusculana missa conv. diebus *feriatis* sit celebranda per turnum per Canonicos tantum vel per solos Beneficiatos vel

per utrosque? S. C. C. resp.: Per utrosque.

Die 21. Apr. 1708.

Ad dubium: An onus celebrandi missam conv. spectet in Cath. Squillacen. ad solos Canonicos?

S. C. C. resp.: Affirmative.

Die 24. Sept. 1712; 11. Mart. 1713.

Ad dubium: An Canonici Cathedr. Squillac. teneantur ad celebrandam missam conv. per se ipsos?

S. C. C. resp.: Affirmative.

Die 3. et 17. Mart. 1714.

Ad dubium: An Canonici Curatus Ecclesiae paroch. Contradae Civitae, ubi residere tenentur, exemptus a servitio chori Cathedralis Balneoregii, teneatur per turnum cantare et applicare missam conv. et celebrare aliam missam in aurora, quae celebratur per turnum in dicta Ecclesia ab omnibus Canonicis tam diebus festis quam ferialibus?

S. C. C. resp.: Negative.

Die 8. Julii et 19. Aug. 1713.

e) Celebrans in Collegiata.

Cf.: *Missa conv.* (Celebrans in Eccless. Cath. praecipue decr. n. 4189.)

Canonicos Collegiatae de Sondrio in Valtelina celebrare teneri missam conventualem, nisi adsint Capellani, qui hoc munus explere consueverint. n. 1569 ad 1 die 17. Novb. 1646.

In Collegiata, in qua Canonici tenentur celebrare missam conventualem per turnum, Archipresbyter, qui est prima Dignitas, non potest semper et quotiescunque sibi placuerit, dictam missam celebrare, sed celebrandam esse per turnum. n. 1608 ad 1 die 24. Julii 1649.

Impedita prima Dignitas in diebus statutis celebrare missam conv. non potest hanc celebrationem alteri Dignitati, quae non sit de gremio Ecclesiae, vel alicui Sacerdoti sibi beneviso de-

legare, sed spectare ad secundam Dignitatem ordine successivo. n. 1608 ad 2 die 24. Julii 1649.

Si prima Dignitas in festivitibus solemnibus noluerit vel nequiverit celebrare, antiquiorem Canonicum succedere debere et gradatim ordine successivo et non Canonicum, ad quem spectare ratione turni. n. 1608 ad 3 die 24. Julii 1649.

Collegiatas teneri etiam ad Missam conventualem de Vigilia et feriis quatuor temporum, Quadragesimae et Adventus juxta rubricas missalis romani. n. 1734 ad 4 die 19. Sept. 1654.

Ad dubium: An Canonici Colleg. Placent. praebendas sacerdotales obtinentes teneantur in eorum resp. hebdomadis celebrare et canere missam conv. etiam diebus ferial. per se ipsos et non per Substitutos?

S. C. C. resp.: Affirmative.

Die 29. Mart. 1710.

Verulana.

Precibus Canonici Vespasiani Collegiatae Ecclesiae Frusinatis intra limites Dioecesis Verulanae exquirentis: an ipse, qui Canonicatum in ipsa Collegiata resignavit, retentis Insignibus et Stallo, possit celebrare Missam conventualem? S. C. R. in Ordinarii Coetu ad relationem subsignati Secretarii rescribendum censuit: „Posse, consentientibus omnibus.“ n. 4755 die 23. Maji 1835.

f) Extra chorum.

Ad dubium: An die VI. Julii occurrente Dom. I., in qua juxta Decretum Generale diei 10. Aug. 1849 sub ritu dupl. II. Cl. recitandum est de Pretiosissimo Sanguine D. N. J. Chr., liceat adhuc juxta immemorabilem consuetudinem Missam conventualem

legere extra Chorum, quia in Choro habetur Capella Cardinalitia, quae celebrat de Octava?

S. eadem C. rescribendum censuit ...

„Affirmative seu servandam consuetudinem.“

Atque ita S. C. rescribendum et declarandum censuit. n. 5176 ad 5 die 25. Sept. 1852.

g) Obligatio ad duas vel tres missas.

Vd.: *Missa convent.* (tempus; applicatio.) *Anniversar. sol. vot. ex fundat.; Nativit. Dom.* (Missa, decr. n. 4603); *Missa de SSmo* (in expos. etc.); *Lytan. maj.* (missa, decr. de die 19. Sept. 1801; 16. Febr. 1781); *Missa* (Applic. a Paroch. non Canon. — *Decr. Bened. XIV.* n. XVII.)

Ad dubium: an in Cathedrali Collen., quae habet privilegium recitandi Off. s. Crucis qualibet fer. VI. non impedita, possit cantari unica missa feriae cum commem. s. crucis, quando dicta fer. VI. occurrit feriae, quae habet missam propriam, ut fit quando Vigilia infra Octavam occurrit? S. C. resp.: *Negative.* n. 3477 ad 21 die 5. Julii 1698.

Si tempore Quadragesimae, quatuor temporum vel vigiliae incidat festum dupl. vel semid. vel dies octavae, ratione Capituli Burgen. non potest omitti missa de feria vel de vigilia. n. 631 ad 3 die 16. Maii 1626; n. 851 ad 2 die 16. Febr. 1630.

Nulla pacto esse omittendam missam de feria conventuali in Cathedral. et Collegiatis, quae est omnino dicenda ultra missam festi. n. 669 die 16. Jan. 1627.

Missam conv. de feria nunquam esse omittendam etiam quod occurrat festum dupl. vel semid., non obstante contraria consuetudine. n. 981 die 9. Apr. 1633.

Canonicos posse adstringi, ut in feriis Quadragesimae a Capellanis canere faciant missam conv. feriae cum Diacono et Subdiacono. n. 697 die 17. Julii 1627.

Canonici Castellaniae petierunt, ultra missam de festo excusari ab obligatione canendi missam de vigilia, quatuor temporibus, rogationibus, Quadrages. etc. ob *penuriam Canonicorum*: S. C. resp.: Cantata missa conv. de festo, altera missa recitetur *sine cantu* cum interventu tamen omnium Canonicorum. n. 919 die 5. Julii 1631.

Duas missas conv. esse celebrandas in diebus rogationum et pro altera ex ipsis non suffragari illam, quam Episcopus suffragan. celebrat in Ecclesia, a qua processio incipit, dum dirigitur ad eandem Ecclesiam Lateran. tamquam ad Cathedr. Urbis et sine conventu Canonicorum dictae Ecclesiae. n. 1515 die 4. Junii 1644.

Canonici Bergam. praescriptas missas convent., quas celebrare noluerunt, assignarunt ex massa communi distributionem certam portionem sacerdoti, qui dictas missas infra annum celebrat., sed is se gravatum sensit. S. C. resp.: Canonicos teneri per se ipsos ad celebrationem dictarum missarum et hujusmodi assignationem nullam esse. n. 1518 die 2. Julii 1644.

Propter tenuitatem praebendarum ac immemorabilem consuetudinem tamen celebrandam esse utramque missam conv. in Adventu, Quadrages. aliisque vigiliis in quibus festus dies alicujus sancti coincidat. n. 1612 die 16. Novb. 1649.

Canonici regular. tenentur, prout fit in Collegiatis, canere duas missas in feriis et vigiliis, in quibus jejunatur, quamvis non ex consuetudine neque ex fundatione aut lege sint obligati. n. 2189 die 20. Novb. 1662.

Ad dubium: An infra octavam Immaculatae Conceptionis B. M. V. vel

S. Benedicti et aliorum Sanctorum, occurrente aliqua Feria Missae debeant dici de Feria vel de die infra octavam, prout contigit 24. Martii 1736 et quatenus Missae dicantur de Feria, quatenus Orationes in Missis apponi debeant?

Item quaeritur: quae Praefatio dicenda sit?

R. „Quando occurrit Vigilia aut Feria quatuor Temporum infra octavam Conceptionis B. M. V. debet recitari Officium de die infra octavam Conceptionis. Missae autem sive una cantetur sive legantur, dicantur de Feria quatuor Temporum cum secunda Oratione de Octava, tertia vero de Spiritu S., quae semper dicitur infra Octavas Festorum B. M. V., juxta lit. 9 de Orationibus n. 7 et 9. Nam Oratione, quae ibi praescribitur dicenda secundo loco, ponitur in 3. loco. At si Feria quatuor Temporum occurrat in die octava Conceptionis, omnes Missae privatae dicantur de Octava Conceptionis cum commemoratione Feriae. Missa autem solemnitas, quae dicitur post Tertiam, erit de ipsa die octava Conceptionis sine commemoratione Feriae, cum de ea cantari debeat alia Missa post Nonam sine commemoratione Conceptionis, de qua nulla hic est habenda ratio. — Dicendae autem sunt Orationes assignatae in ipsa Feria, nempe; *Deus, qui de B. M. V. utero*; et tertia *Ecclesiae* vel *pro Papa*; cum Praefatione communi, ut videre est in Rubrica Missalis Romani. Idem servandum est in Missa et Officiis S. Benedicti nec non aliorum Sanctorum ex speciali privilegio Octavam in Quadragesima habentibus; quod si Officium recitetur extra tempus Passionis, Missae omnes dici debent de Feria cum commemoratione Octavae et tertia Oratione *Concede*, non vero: *A cunctis*. Tempore autem Passionis, quando contingat fieri Officium de infra Octavam,

unica cantari debet Missa de Feria cum commemoratione diei infra Octavam et Praefatione de Octava, si habeatur propria, ut dictum est superius de Octava Conceptionis.“ n. 4044 (2do) ad 31 die 23. Julii 1736.

Ad dubium: An diebus quatuor tempor. et vigiliis, in quibus cantari debent duae missae conv., Canonici Cath. Burgi debeant canere aliam missam conv. ad formam rubricae ultra solitam?

S. C. C. resp.: Affirmative.

Die 2. et 16. Maji 1716 ad VI.

h) Obligatio ad unam missam.

Cf.: *Missa* (concord. cum Officio); *Diaconus missae*; *Missa conv.* (celebr. in Cath. decr. 19. Aug. 1744.)

Teneri Canonicos omnino celebrare et cantare Missam conventualem de *Officio currenti* ad hoc, ut licite possint distributiones quotidianas lucrari nec ad satisfaciendum sufficere Missam in aurora. n. 441 die 25. Junii 1611.

Praesupposita *immemorabili consuetudine* quando Canonici cantant aliam *Missam votivam*, vel *ex dotatione* vel *pro defunctis*, non teneantur cantare Missam conventualem de *Officio currenti*, sed loco Missae conventualis sufficiat missa *lecta celebrata in aurora*, in qua matrimonia denunciantur etc., monitoria publicantur, declaravit S. R. C., decretum factum sub die 25. Junii 1611 intelligendum esse illis diebus, in quibus omnino *duae* Missae conventuales cantandae sunt, ut in Quadragesima, quatuor temporibus, Rogationibus et similibus. In reliquis vero diebus, in quibus non exprimitur in rubricis Missalis, quod duae Missae cantentur, quando Canonici cantant missam aliquam votivam, vel ex dotatione vel pro defunctis, loco Missae conventualis de officio currenti, sufficere dictam missam lectam, quae celebratur in aurora, *quatenus vera sit immemorabilis*

Ecclesiae consuetudo. n. 507 die 4. Julii 1615

Pro missa vot. et de Sancto non posse omitti Missam conventualem, ut pluries resolvit haec S. C. ... alias Canonici non lucrantur distributiones quotidianas, nec suffragari loco Missae convent. missam lectam, celebratam in aurora de Officio currenti ... nec posse a Canonicis applicari pro aliis. n. 3188 die 18. Junii 1689; n. 3199 ad 3 die 30. Julii 1689.

Ob missas votivas fundatas in Ecclesia Burgen. ad altare majus certis diebus hebdomadae II. post Pascha non potest ommitti missa conventualis. n. 631 ad 2 die 16. Maji 1626; n. 670 die 16. Jan. 1627.

Non potest ommitti missa conventualis ob anniversarium aliquod vel diem obitus. n. 671 ad 1 die 6. Jan. 1627.

Ad dubium: An possit celebrari missa convent. pro *Anniversario*? S. R. C. resp.: dicendas esse duas Missas, sed in die depositionis dicendam esse missam pro defunctis, non obstante contraria consuetudine. n. 750 die 12. Julii 1628.

Vd.: *Anniversarium* (dies anniv. ex dispos. decr. n. 3782).

Missam conventualem nullo pacto esse ommittendam, sed utramque Missam esse cantandam, alteram de die, *alteram de Requiem*, stante obligatione et onere faciendi diversa *anniversaria* statis diebus, etiam quod occurrat festum duplex, dummodo non sit de praecepto, ad hoc, ut Testatorum voluntates adimpleantur et licite eleemosyna lucrari possit. n. 775 die 20. Novb. 1628; n. 2856 ad 4 die 22. Jan. 1678; n. 4414 ad 1 die 20. Decb. 1783; n. 3477 ad 10 die 5. Julii 1698.

Canonici Cathedr. Terdon. possunt cantare Missam Mortuorum in altari privilegato qualibet fer. 6, non obstante quod eo die incidat festum duplex

(dummodo non sit festum de praecepto), *sed non ommittatur Missa conventualis* de die. n. 835 die 18. Aug. 1629.

Canonici Cathedralis Nucerni tenentur missam conventualem cantare juxta praescriptum in rubrica XV. Missalis romani. n. 851 ad 1 die 16. Febr. 1630.

Canonicis Cathedralis Faventinae ab immemorabili solitis, *unam tantum Missam* canere, sive ea sit votiva sive de feria, sive defunctorum. S. R. C. resp.: „Missam conventualem omnino esse cantandam ad hoc, ut licite distributiones percipi possunt, non obstante quavis contraria consuetudine, quam abusum esse. n. 889 die 13. Jan. 1631.

Capitulum Aquilegien. ommittit missam conventualem, quando celebrat Officium Def. cum missa solemni et in principio cujuslibet mensis canunt missam conventualem cum sola collecta pro Def., an continuari liceat? S. C. resp.: *nihil*. n. 963 die 7 Julii 1632.

Omittendam nullatenus esse Missae conventualis solemnem celebrationem propter missam *votivam*, consuetudine quavis contraria non obstante. n. 1396 die 28. Junii 1642.

Conventionem, juxta quam Missae conventuales in diebus ferialibus celebrantur a Capellanis proprio stipendio conducendis, quas Missas ipsi Canonici absque Ministris hactenus celebrare consueverunt, non esse servandam. n. 1422 die 17. Decb. 1642.

Canonici Vercell. officiant et resident in duabus Ecclesiis Cathedr., in solemnioribus et statutis functionibus officiant in una tantum Ecclesia. Octo Canonici in S. Maria vero nunquam cantant duas Missas in praescriptis diebus propter minorem numerum Canonicorum, carentium etiam Beneficatis et Capellanis, tum etiam quod in s. Eusebio cantatur secunda Missa.

S. C. resp.: satisfacere praecepto rubricae, quando Canonici insimul conveniunt; quando vero simul non conveniunt, teneri ad celebrandas duas Missas praescriptas in utraque Ecclesia; sed si *aliqui* ex Canonicis conveniunt, convenientibus suffragari unam ex dictis Missis in altera Ecclesia celebratam. n. 1441 die 14. Mart. 1643.

In feriis et Sabb. s. quatuor temporum, occasione currentis festi 9 II. potest per Canonicos cantari altera missa de festo, per Episcopum facientem Ordinationem celebrari altera de feria in paramentis violaceis. n. 2828 ad 4 die 10. Julii 1677.

Occurrente festo duplici in dominica Capitulum non tenetur *duas* conventual. unam scilicet de festo et alteram de dominica cantare. n. 3290 ad 2 die 13. Sept. 1692.

Occurrente fer. 3. rogat. festo simplici in Cathedr. et Collegiatis non sunt cantandae duae missae. n. 3477 ad 3 die 5. Julii 1698.

In dominicis Adventus et Quadragesimae, in quibus fit de dupl. 1 cl., non sunt cantandae duae missae. n. 3477 ad 14 die 5. Julii 1698.

Per missam cantatam in suffragium alicujus Benefactoris vel Benefactorum in genere, quae foret imposita, non satis fit oneri missae conventualis. Bened. XIV. Const.: *Cum semper etc.* 19. Aug. 1744.

In dominicis infra octavas vel aliis a festo dupl. impeditis unam tantummodo cantandam esse missam. In dominicis quidem infra octavas, de dominica cum comm. octavae, in aliis vero dominicis non privilegiatis et in quibus fit de occurrenti festo dupl. Missa de festo cum comm. dominicae, ejusdem Evangelio in fine. n. 4237 ad 12 die 22. Decb. 1753.

Ad dubium: An in Cathedr. Tusculana singulis diebus sit celebranda missa conv.?

S. C. C. resp.: Affirmative. Die 21. Apr. 1708.

Ad dubium: An missae de anniversario, quae cantantur in Cath. Balneoregii in quatuor mensibus anni diebus non impeditis, cedere debeant loco missae conv.?

S. C. C. resp.: Negative. Die 8. Julii et 19. Aug. 1713.

i) Non est Obligatio.

Ad dubium: an per Indultum canendi singulis Sabb. exceptis privilig. ac festis dupl. 1. et 2. cl. impeditis missam vot. de B. V. M., non omissa tamen missa conv. cum cantu de festo vel fer. occurrente — inducta fuerit obligatio missam conv. canendi etiam in iis Ecclesiis, ubi dicta obligatio non adest? S. C. resp.: Gratiam concessam nullam inducere obligationem canendi missam conv., ubi ea obligatio non sit nec esse debeat juxta apost. Constitutiones. n. 4364 die 19. Junii 1773.

Vd.: *Missa conv.* (Celebr. in Cathedr., decr. diei 8. Julii et 19. Aug. 1713.)

k) Quae est?

Ad dubium: an sub nomine missarum convent. veniant missae votivae et de Requie? S. C. resp.: Negative. n. 3599 ad 1 die 1. Oct. 1701; n. 3620 die 18. Mart. 1702.

Missa conventualis semper esse debet de Officio occurrente. n. 5049 ad 2 die 23. Maii 1846.

Cf.: *Transl. festi in dom. seq.*, decr. n. 5049.

l) Regularium.

In regulis (quae sunt generales) ad Missale Frat. Minor. adjectis S. C. declaravit: Regulares non tenentur ad plures missas cantandas, quia non sunt Ecclesiae Collegiatae, sed appell-

lantur proprie Conventuales ab *Innoc. IV. in Bulla ejusdem 7. Bullarii et in Clementina I. de celebr. miss. ex Conc. Viennensi* distinguuntur Ecclesiae Regulares a Cathedralibus et Collegiatis, quibus postremis dumtaxat imponitur onus de duabus missis istis (Gav. part. 3. tit. 11 n. 12) n. 2362 ad 6 die 13. Febr. 1666.

m) De Requiem.

1) Applicatio.

Ad dubium: An conventualis Missa, quae celebranda est pro def. Sacerdotibus, Benefactor. et aliis qualibet prima die vel fer. II. non impedita cujuslibet mensis, possit applicari particulariter pro def. Episcopis et Canonicis illius Eccl., in qua celebratur, pro satisfactione generalis Praebendae illius, qui Missam celebrat?

Et S. eadem C. ... respondendum censuit:

„Negative, sed pro Benefactoribus in genere.“

Atque ita rescribere S. C. rata est et declarare. n. 5063 ad 2 die 27. Febr. 1847.

Vd.: *Missa conv.* (Applicatio.)

2) Obligatio.

Cf.: *Anniversarium* (alia missa etc.)

Ad dubium: An Missa conv. pro benefactorib. occurrens temporibus Adv., Quadrag. et Paschae a Rubricis exceptis sit remittenda?

Et S. eadem C. ... respondendum censuit:

„Negative.“

Atque ita rescribere S. C. rata est et declarare. n. 5063 ad 4 die 27. Febr. 1847.

Vd.: *Missa conv.* (Obligatio ad duas; Applicatio.)